



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,  
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1619**

Cap. X. De Georgianis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11108**

## CAPVT X.

## DE GEORGIANIS.

**G**eorgiani, veteribus Iberi Asiatici, olim agnoscere solent Patriarchā Cōstantinopolitanum: sed hodie ab eo sunt alieni, vtpote inter Persas nunc potissimum viuētes, nec à doctrinā Ecclesiē Romanę valde abhorretes. Subsūt varijs Principibus ac dominis. Inter alios fuit Alexáder Cainus, qui cum tribus hominū millibus iuuit Persarum Regē ad Taurisum M̄dorum vrbē, aliasq; opida anno 1604. Turcis eripienda. 1604. Vitriacus Hist. Orient. cap. 80. scribite eos nūcupari Georgianos, eò quod S. Georgiū, quem in proelijs suis cōtra gentem incredulam habent Patronum, summa cū reuerētia colant, & præ alijs Sanctis specialiter honorent. Addit eosdem, in confinio Persarum, Medorum & Assyriorum commorari, & Græcorum idiomate in scripturis diuinis vti, Græcorumque consuetudines in Sacramentis obseruare. Habent ijdem suos hodie Episcopos, ac monachos: vt ex Relationibus Augustinianorū è Persia missis dīdicī. De Georgianis vide plura in Relationibus Ioannis Persæ, Madriti Hispаниcè editis anno Christi 1608.